Zelazowski Stanislai: Quaestio physica de influxu coelorum.

A. M. D. G.

QVÆSTIO PHYSICA, DE INFLVXV CÆLORVM,

Sub Felicissimis Auspicijs,

Magnifici, Perillustris, & Admodum Rndi Domini,

D. ANDREÆ KVCHARSKI,

Sacræ Theologiæ Doctoris, & Professoris,

ECCLESIÆ CATHEDRALIS CRACOVIENSIS CANONICI.

COLLEGIATÆ ECCLESIÆ SS. OMNIVM PRÆPOSITI.

Contubernij Hierosolymitani PROVISORIS.

ALMÆ ACADEMIÆ CRACOVIENSIS GENERALIS

RECTORIS.

A

M. STANISLAO ZELAZOWSKI, *Philosophiæ Doctore.*

Publicè ad disputandum proposita.

In Peraugusto DD. Theologorum Lectorio.

Anno Salutis, 1663. *Die* 4. *Mens. Decembr.*

CRACOVIÆ,

Apud SCHEDELIOS, *S. R. M. Typograph.*

QVÆSTIO PHYSICA,

V. Cœli & Planetæ diuerſæ Naturæ à quatuor Mundi elementis, mobiles motu raptûs, habeant virtutem agendi & influendi, in omnia ſublunaria, necne?

CONCLVSIO I.

Cœli, licet componantur ex Materia & Forma, diuerſam habent Naturam, à quatuor mundi Elementis.

COROLLARIA.

I. Materia tamen Cœlorum, à materia ſublunari, non eſt alterius ſpeciei.

II. In Cœlis non dantur vllæ qualitates primæ; datur tamen denſitas, & raritas ipſis proportionata.

III. Cœli naturaliter non ſunt ab intrinſeco corruptibiles; ab extrinſeco verò nihil repugnat, eos corrumpi poſſe.

IV. Licet fluiditas Cœlorum à quibuſdam adſtruatur; probabiliùs tamen eſt eos eſſe ſolidos.

V. Orbes Cœleſtes, qui ſunt numero Vndecem, immediatè ſe contingunt.

CON-

CONCLVSIO II.

Motus raptûs quo Cœli mouentur, omnibus cœlis mobilibus imprimitur, à principio extrinſeco, in ordine ad conſeruationem Vniuerſi.

COROLLARIA.

I. Cœli non ſolùm motu raptûs ab ortu in occaſum, ſed etiam proprio ab occaſu in ortum mouentur.

II. Non habent in ſe principium actiuum motûs; ſed de facto ab Intelligentijs mouentur.

III. Quot ſunt Orbes totales & partiales; tot Intelligentiæ Motrices illis aſsiſtunt.

IV. Intelligentiæ non mouent Cœlos, per aliquam potentiam ab intellectu & voluntate diſtinctam; ſed per actum Imperij, qui actus imperij, eſt actus intellectûs præſuppoſito actu voluntatis.

V. Ad ceſsationem motûs cœleſtis, non omnes ſublunarium actiones ceſſarent.

CONCLVSIO III.

Planetæ, qui ſunt ſeptem, habentes proprios motus, ſinguli diuerſos effectus producunt in his inferioribus.

COROLLARIA.

I. Cuilibet Cœlo Planetarum tribuendi ſunt tres Orbes, præter Mercurium; in cuius Cœlo quinq; ad minùs neceſſe eſt dari.

II. Propter anomaliam, quæ videtur eſſe in Cœlo Planetarum, dantur Epicycli.

III. Luna in ſuo motu naturali, per totum Zodiacum inſumit 27. dies, horas circiter 8. Mercurius, Venus, & Sol annum integrum, Mars duos annos, Iupiter 12. Saturnus 30.

IV. Luna quæ dominatur rebus humidis, cauſat æſtum maris.

V. Planetæ aliquando ſunt directi, aliquando ſtationarij, aliquando retrogradi.

CONCLVSIO IV.

Cœli & Planetæ omniaq; Aſtra, tanquam cauſæ vniuerſales verè actione Phyſicâ, agunt & influunt in hæc ſublunaria, tàm viuentia, quàm inanimata.

COROLLARIA.

I. Etiam Cœlum Empyreum, habet eandem virtutem influendi.

II. Res inanimatæ ſublunares producuntur à Cœlis, tanquam à cauſis principalibus; viuentia verò nonniſi vt ab inſtrumentis Intelligentiarum mouentium.

III. Homo, quemadmodum & aliæ res corporeæ, verè ſubeſt influentijs Cœleſtibus, quoad corpus.

IV. Intellectus tamen & voluntas, propter Imperium ſibi in Aſtra conceſſum, ſolùm per accidens, & indirectè ijſdem Influentijs ſubduntur.

V. Ex Influentijs Cœlorum, poteſt cognoſci verè nati hominis temperamentum, & inclinatio eius ſenſitiua.